UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue] Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Prologvs Rvperti Abbatis Tvitiensis In Ionam Prophetam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71859

Visual Library

Boſphorus em̄(ſicut iam ſuperius dictū eſt)regio eſt maris ſeptētrionalis: quo tranſmigratio
nem terrenæ Hieruſalē fuiſſe abductā nulla ſcriptura meminit: Poſſidebit ergo ciuitates
auſtri.i.meridiei,q̄d nūc uidemus fieri,dū plenitudinē ueri luminis & caloris poſſidēt,q pri⁹
erāt,abſq; notitia dei,obſcuri & frigid⁹:q̄d tale eſt:ac ſi de ſeptētrione transferant̄ homies ad
meridiē,ciuitates lucidas habitaturi ꝓpitio deo,qui ſola gratia,& pietate ſua gentes uiſitauit.
Saluatores Apoſtoli. ¶Et aſcendēt ſaluatores in montē Syon,iudicare montē Eſau. Saluatores recte dicūtur, hi
per quoꝝ miniſteriū cōuerſi peccatores ſaluātur,iuxta q̄d Ap̄lus Iacobus dicit: Quoniā qui
Iaco. 5. cōuerti fecerit peccatorē ab errore uiæ ſuæ,ſaluabit animā eius à morte. Hoc maxime poſt
Chriſtū Ap̄li fecerūt,per quoꝝ p̄dicationē gentes ab errore uiæ ſuæ cōuerſæ ſunt. Saluato
res igitur ſunt & ipſi aſcendēt in montē Syon,iudicare montē Eſau.i.ſedebūt ſup ſedes duo
Matt. 19 decim,iudicātes duodecim tribus Iſrahel: qui uidelicet carnalis Iſrahel(ut ſępe diximus) pro
pter hoc ipſum q̄d infidelis & ꝑſecutor eſt fratris,dicitur & eſt Eſau. Illoꝝ mons,in quē aſcē
dent.Syon dr̄,& eminētia uirtutū eſt. Huius aūt Eſau mons ſupbiæ tumor ē. Illius expecta
tio iudicij plena timoris eſt. Et erit dn̄o regnū: dn̄o(inquā)cuius hæc om̄ia dona ſunt,quo
ſancti ſic hæreditabūt,ſic poſſidebūt,ſic iudicabūt,& poſt iudicabūt: & poſt iudicium in re
Luc. 22. gno æterno mēſæ eius ꝑticipes erūt,iuxta illud fidele eius ꝓmiſſum: Et ego diſpono uobis,
ſicut diſpoſuit mihi pater meus,ut edatis & bibatis ſup menſam meā in regno meo.

ABDIAE LIBRI FINIS.

PROLOGVS RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IONAM PROPHETAM.

ANima quæ Chriſtum quærit,intentionem ſuam cur illū quærat hac uoce de
Can. 8 promit. Quis mihi det te fratrem meum,ſugentē ubera matris meæ,ut inueni
am te foris & deoſculer,& iam me nemo deſpiciat? Magnæ em̄ deſpectiōis
ſibi cōſcia,ſuoq; iudicio multū deſpicabilis ac deſpecta per hūc ſolū ſe nobilē
& inclytā fieri confidit,ſi talē dilectum inuenire,apprehendere,& deoſculari
meruerit: non tantū intus in ſecreto cōſcientiæ cubiculo: ueꝝ etiam foris,id eſt,ita ut ad ami
cos quoq; dilecti illius perueniat,ꝙ illum uiderit,ꝙ agnouerit,q̄d in eum crediderit,q̄d eum
dilexerit. Deniq; iam tunc deſpicabilis eſſe non poteſt in oculis dei patris, in conſpectu ami
In ſcripturis & prophetis, deus inuenit. coꝝ,uidelicet angeloꝝ & hominū ſanctoꝝ. ¶Vbi autē uel illa quærit,aut quærere debet,
ubi ille inuenitur aut inuenire poteſt,niſi in ſcripturaꝝ maximeq; prophetica, quæ utiq; uer
bum domini eſt? Ibi quęritur & inuenitur: quia profecto,qualis ſit ille dilectus,Prophetæ te
Ionas typus ſaluatoris ſtantur. ¶Et in alijs quidem citius,in alijs difficilius inuenitur. In Iona uero quem nunc in
gredi cupimus manifeſtiſſime claret,quod miraculum in illo celebratum fuerit præconium
eius. Ipſe enim ore proprio dixit,& totus orbis audiuit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus
Mat. 12. diebus & tribus noctibus,ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus nocti
bus. ¶Igitur & hunc Prophetam tanto alacrius ingrediamur,quanto clarius atq; pulchrius
in eo Chriſti teſtimonium nouimus: quem in ſcripturis legis & Prophetarum quærere pro
poſitum habemus. Obſecrātes,ut q typus eſt ſaluatoris, & tribus diebus ac noctibus in uen
tre cæti moratus præfigurauit domini reſurrectionem: nobis quoq; feruorem obtineat ſan
Ionas. ctiq; ſpiritus gratiam,ſecundum hoc ipſum nomē ſuum,quod eſt Ionas: interpretatur enim
columba. Et quis neſciat ſępe in ſcripturis per columbam ſancti ſpiritus gratiam ſignificari,
Lucæ. 2 maxime quia ſuper Dominum noſtrum idem ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ apparuit.
Intentio au thoris ¶Cæterum totum hunc Prophetam ad intelligentiam referre ſaluatoris , quod fugerit,quod
nauim aſcendens naulum dederit,quod dormierit: laborioſum,& ut ante nos dictum eſt,la
doris eſt maximi. Veruntamen quanto difficilius,tanto & pulchrius fieri poſſe ſperātus,
cooperante ſecundum beneplacitum ſuum digito dei. Labor attentus ſplendida de obſcu
ris myſteria Chriſti proferre tentabit.

FINIS PROLOGI.